



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

78. Fer. 2 Collaborandum D IESV, ne iterum 7 tædia paßionis ferat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Conf. 3. Tertiam hostilitatem Concupiscentiam, quasi mundi diluuium, quam ut in Christo excitaret dæmon, ostendit ei omnia regna mundi, sed audiit: Vade Sathana D. Deum adorabis, & illi soli seruias. Est concupiscentia affectus ad ea, quæ non habentur. Superatur reuuntiatione amoris omnium, & hic habetur cognitione, quòd nihil sit amore dignum, præter Deum: Quia nihil meretur nomen boni, nisi Deus: quæ cognitio meditatione acquiritur; unde apud D. Gertr. l. 4. c. 56. orantibus Dæmones cum mundi rebus se insinuantes, audiendo: Regnum mundi, & omnem ornatum seculi contempsimus, confusi dæmones omnes, ut canes rabidi aqua calidâ perfusi velocius aufugerunt: Et quoties ex corde id dicitur, propter amorem IESU, virtus Diaboli fugatur. Petam miles à Duco IESU stipendium vite: ita SS. Eucharistiam nominat D. Paschasius de Ven. c. 8. Orabo. 1. Veniam culpæ. 2. Pœnæ. 3. Præseruationem à lapsu. Ut recedamus ab hac mensa facti diabolo terribiles, ita D. Chrysost. Hom. 61,

MEDITATIO. LXXVIII.

Feria 2. Domin. Quadrag.

*Collaborandum D. IESU, ne iterum
7. tedia passionis ferat.*

Aspiciam D. magnitudinæ doloris impulsu

sum cum tribus charioribus Discipulis ad orationis auxilia se recipientem. Petam agnoscere rædij novas causas, & adlaborare, ne nauseam Deo præbeam.

Conf. 1. Dominum initia passioni suæ dantem, a duabus rebus horrendis. A privatione voluntaria omnis sensibilis lætitiæ, quam aliàs habuerat, nunc autem ei omnem aditum intercludit. Deinde ab assumptione voluntaria affectuum contrariorum, dando licentiam appetitui producendi, ad majorem amaritudinem passionis, *Timorem* de imminente morte, qui timor, quæ tremorem, & stuporem causat, dicitur *Pavor*: quæ angustiam internam producit, appellatur *Agonias* & *Tedium*, quod est nauseare unum omnium, quæ sunt in mundo: & *Tribitiam*, quæ est afflictio interna de malo præsentis, qui omnes affectus Christum circumdederunt, & obsederunt usque ad mortem, sive durando usque ad mortem, sive tam intensi, ut vi suâ Christo mortem inferre potuerint, nisi se majoribus servâset malis.

Conf. 2. Verba Domini: Matt. 26. *Sustinete hęc, & vigilate mecum*: quasi diceret, subdit Origenes: Cæteros ut infirmiores sedere jussi: vos firmiores volo collaborare mecum in vigilijs, & orationibus. Sunt autem novi rædij causæ, ut ipse ait S. Brigittæ. Libro

128 *Feria 2. Dom. 1. Quadrages.*

1. c. 30. 1. Flagellant me per impatientiam
Quia unum verbum pro me ferre nullus po-
test, qui pro eis tuli verbera. 2. Coronat
me spinâ superbiæ suæ: Quia altiores me el-
volunt, qui fui sub pedibus Iudæ, & potesta-
te tenebrarum. 3. Calcant me quasi in do-
so, quando hominem præponunt Deo, & lu-
ritiam meâ pro nihilo habent, & in arbitrio
suo constituunt tempus, & modû misericor-
diæ meæ, L. 4. c. 99. 4. Affigunt me ligno
voluntate peccandi, quâ absolutâ me felle
potant amarissimo. 5. Pungunt manus
meas, & pedes ferro indurationis: quia glo-
riantur in peccatis, & indurant se, ne timeant
me. 6. Percutiunt me quasi in dentes, quan-
do auditis præceptis meis, & passione peccant,
& sperant cœlum, dicentes: Si nos æternum
perdere voluisset Deus, & punire, non creâset
nec redemisset nos tam amare. 7. Tollunt me
e medio, quando doctrina mea illis est mē-
daciū, & mors mea fatuitas: quam uti li-
benter sustinui, sic adhuc ex charitate liben-
ter pro homine morerer, si esset possibile.
Proponam hæc impedire in me, & in alijs.

MEDITATIO LXXIX.

Feria 3. Dominicæ 2. Quadrag.

Septem internæ contritiones Christi.

A Vidiam Dominum ingemnantem illud
Psal